

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Geo-hydrographia s. orbis terrarum descriptio - Cod. Ettenheim-Münster 111-116**

Gallia seu Francia - Ettenheim-Münster 112

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Caput VIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-111144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111144)

Campaniam inter et Flandriam in partem Sylva, qua Ardennes  
na | Ardennes | nuncupatur, maximum spatium occupat,  
ac longe protenditur.

35. 1772.

### Caput ~~XXXVIII~~ VIII.

#### De Ducatu Burgundia.

Burgundia nomen habet à Burgundis seu Burgundio-  
nibus Germania Septentrionalis ultima populis Vandalor-  
um et Suevorum progenie, qui obis plagis quas mare  
Balticum et Vistula flumen allunt, atque modo Pomerania,  
Pompria et Brandenburgici parte continentur, profecti  
galliam velut invadunt, atque in eâ an. 406. Regnum  
instituerunt, quod nomine suo Burgundiam seu Burgundicum  
vel Burgundia Regnum dixerunt, atque per annos 128.  
scilicet usque ad an. 534. sub quinque legibus te-  
nuerunt; complectebaturque agrum Lingonensem, Belghicatum,  
Provinciam, Sabaudiam, et provinciam illam, quae  
Regno hoc dissipata, sola remansit ac Burgundia nomen re-  
tinuit, quam huius inus expensum. *Exitur*

Burgundia bifariam dividitur, in Superiorem videlicet,  
quae Comitatus dicitur, et in Inferiorem, quae Ducatus  
nuncupatur. De Inferiore seu Ducatu Burgundia  
huc duntaxat nobis sermo est; At de Comitatu alibi tra-  
tabimus.

*Exitur*  
Ducatus hic proprios habuit reges ad Philippum  
dissipatò Burgundia Regnò, Ducatus hic proprios habere  
coepit Princeps, qui sub Duum titulo eidem Summo pre-  
fuerant imperio usque ad Philippum de Robora | de Lou-  
vres | qui an. 1361. nullo relicto herede diem supremum  
obit, atque post 300. et quod excurrit annorum spatium  
prima Duum Burgundia stirpi finem imposuit.

Sim Ducatus iste hereditatis titulo ad Joannem Fran-  
cia Regem pervenit, qui eundem Philippo filio suo notu-  
quato an. 1368. tradidit, in cuius prosapia permansit us-  
que ad an. 1477. quo Carolus cognomento Rudax in pro-  
lio prope Nancyum 5. Januarii perit. nullum herede  
praeter Mariam filiam unicum, quae postea Maximiliano  
Archiduci Austria post Imperatori nupsit, relinquens. In-  
de factum, ut Ludovicus XI. Francia Rex Inferiorem hanc  
Burgundia partem seu Ducatum, quod feudum masculinum  
esse tueretur, sibi offerret, atque Coronae adjuverit, pe-  
nes quam, nequiquam reclamante Maximiliano Austria-  
co ejusque posteris, hactenus remansit.

Ducatus iste orientalem Francia plagam occupat, et  
ab Occam ad Orientem ultra 30. miliaria porrigitur  
et à Septentrione ad Meridiem ad 45. circiter. *Versus*  
Orientem confinis est Burgundia Superiori seu Comita-

trii (La Franche Comté) et Bressia (La Bresse) ad Occidentem  
 Tractibus Boboniensi et Nivernensi; ad Meridiem Agro  
 Lugdunensi, et ad Septentrionem Campania. Omni  
 fructuum, frumentorum, set leguminum genere ferti-  
 lis est, praecipue vinis excellentissimis ita, ut neubi ex-  
 cellentiora et praestantiora reperiantur. Quatuor in-  
 eo numerantur fontes minerales, et unus Salinus: profert  
 etiam Sil seu Ochroam, quam baphai seu tenetores utili-  
 ter adhibent. Praeter Sequanam et Socionam (Suona)  
 plures adhuc minores fluvii illum perflunt.

Burgundiones seu Burgundi ad commercium ventiquam  
 sunt comparati, nec nisi eorum rerum, quas apud ipsos  
 solum profert, negotiationem exercent. Ceterum bo-  
 nam eorum indolem quodammodo obfuscare videtur  
 otium, cui plus equo dediti dicuntur, quodque loquaces  
 et maledicos efficit: praecipue in colendis vineis occupan-  
 tur, quas saepe pedestrant et obeunt, finitis quindecim  
 aut viginti dierum vindemiis reliquum anni tempus  
 quieti consecrant.

Ducatus Burgundia communiter octo Tractus nume-  
 rantur, huiusque Divionensis, Augustodunensis, Cabil-  
 lonensis, Montanis, Alesiensis seu Aleriensis, Altiprodo-  
 rensis, Quadrigellensis, Matisconensis; quibus adjiun-  
 tur Bressia, Pagus Dombensis, Neversia, et Gesnia Ba-  
 ronatus, qui communiter sub Burgundia comprehenditur.  
 His Tractibus Universalis Burgundia Ducatus Praefe-  
 ctura constituitur. eos singulis §§. expendimus.

§. I.

1779. 86.

De Tractu Divionensi.

Tractus Divionensis: Le Dijonnois: medio aro Pagus  
 Divionensis nuncupabatur. Sitem habet inter Comi-  
 tatum Burgundia, Campaniam, Pagum Alesiensem,  
 et Tractum Augustodunensem. In eo praecipue  
 occurrunt sequentes urbes:

1. a Divio: Dijon: alias etiam Dibio, Divion, Di-  
 vione, Diviodunum, et Divionense Castrum. Caput  
 totius Ducatus seu Praefecturae. Romanorum eta-  
 te, forte ab Imperatore Aureliano, sub nomine Oppidi  
 vel Castrum duntaxat aedificata fuit, proximisque an-  
 1187. ab Hugone III. Burgundia Duce Civitas facta fuisse  
 dicitur; attamen jam a Saeculo XI. Ducum Burgundia  
 sedem fuisse tradunt aliqui.

Romanis Dibio dicebatur, quod nomen a veteri Galli-  
 co vocabulo Diu, quod apud Gallos riveris significabat,  
 derivatum videtur, forte quia ipsa inter duos rivus Osa-  
 num: Oruche: sicut, et Suzilonem: Suzon: posita est;

unde Dibus et tandem Divio. Hi duo rivi muros ipsius alluunt,  
qui optimi sunt rotundisque turribus antiquae more erectis  
custodiuntur; fossa quoque cinguntur, quam tresdecim  
propugnacula ambiunt. Quinguae sunt illius portae,  
quarum una muro obstruita est. ovalem ferme figuram  
refert, ejusque ambitus est semi-miliaris. Ei insidet  
Castellum in quadrato positum, cuius quatuor angulos stipant  
singulae ingentes rotundae turres, munitaque duo propu-  
gnacula Soleam ferream referantia. Adest Ecclē-  
sia Collegiata, quae Capella sancta nuncupatur ab Hugone  
III. Burgundiae Duce an. 1172. cum ad Terram Sanctam pro-  
ficinertur, fundata; quam fundationem confirma-  
vit Alexander Papa III. Capellaeque tutelam in se sum-  
sit necnon sibi et successoribus suis solis subjectam fore  
declaravit, idque Innocentius III. an. 1212. Idem confir-  
mavit. In hac Capella aservatur sacra hostia, quam  
Eugenius Papa IV. Philippo Duci Burgundiae cognomento  
Bono, auxilium, quod ipsi adversus hostes suos tulerat,  
remuneraturus, dono dedit: in ea quaedam sanguinis  
maculae conspiciuntur, quem tot ulteri ritibus ex illa  
Hebraeorum quemdam exurpasse ferunt.

Præter Ecclēsiam principalem, quae S. Stephani dicitur,  
sunt hic numerantur Ecclēsiae parochiales. Adest etiam Mo-  
nasterium S. Bertini Ord. S. Benedicti. Patres Minores  
discalceati hic quoque habent conventum, ut et ab an.  
1237. Dominicani. Jesuita etiam habent Collegium, quo  
via pulchrior in tota Francia reperitur; in eo huma-  
niora, Philosophiam, et Theologiam docent. Adest  
etiam Ursulina, necnon multa alia utriusque Sexus  
Monasteria. Duo etiam Nosocomia, in quorum uno  
expositi infantes educantur. In extremitate Sub-  
urbii situm est Chartusianorum Coenobium an. 1283. à  
Philippo Audace Burgundiae Duce fundatum, in cuius  
Ecclēsia sepulta jacent corpora ultima Regis Ducum  
et uxorum, filiorum, filiarumque suarum: Philippi  
Audacis, et Joannis Intrepidi necnon Margaritae uxoris ejus  
Mausolea sunt magnifica, eaque huc advenientes ceteri  
admirantur.

In hac Civitate nati pershibentur Claudius Salmasius  
vir eruditissimus Calvinii sectator, natus est an. 1588. pa-  
tre Catholico et matre Calviniana, quae cum in eam sectam  
eduxit, denatus in theonis Spadani; Typogr. an.  
1682. 3. Sept. et Jacobus Benignus Bossuet, Episcopus  
primus Condomiensis post Meldensis Ecclēsiae Gallicanae  
lumen, natus an. 1677. 27. Sept. Denatus an. 1704. 12.  
Aprilis.

2<sup>o</sup>. Fontes | Gontaignes | vicus miliaris à Divione  
distant et supra montem collocatus; ex eo duntaxat ca-  
lebris, quod in eo natus sit sanctus Bernardus: Aed.

13

Sauli XII. Sydes. Lorum, ubi patris ipsius aedes stare ocu-  
 pat. Strictioris observantis seu Reformationum Cisterien-  
 sium Coenobium, quos à Trulio s; Genillans; Occitania  
 Oppidò, ubi ejusdem Ordinis est Monasterium in quo primum  
 hæc reformatio introducta est, atque idè Cæterorum  
 Caput dicitur, Trulienses s; Genillans; vocitant. In  
 Coenobio Fontanensi extat adhuc cubiculum, in quo  
 S. Bernardus, hæcem aspexit, in capellam conversum.  
 Instruà quidam contendunt illum in alio ejusdem no-  
 minis Campaniæ vicinatum fuisse.

30 Cistercium s; Cistercium; celebre Monasterium quinque  
 Milliaribus à Divisione inter paludes situm in Diocesi Cabil-  
 lonensi. Apud quosdam legitur Cistallense Monasterium.  
 Est Caput celeberrimi Ordinis, qui ab ipso Cisterciensi nun-  
 cupatur, cujus an. 1098. fundamenta jecit S. Robertus Ab-  
 bas Molismensis ord. S. Benedicti, ejusque confirmationem  
 impetravit S. Stephanus illius successor a Calisto Papa III.  
 an. 1119. atque cum prius Ordinis S. Benedicti diceretur et  
 spectet, novarum ad sacram illius Regulam constitutionum  
 acceptu, mutato nomine Ordo Cisterciensis dicitur, atque  
 tota Europa Princeps mire propagatus ita, ut illius ultra  
 1200. utriusque sexus Monasteria numerentur, que omnia  
 Abbati Cisterciensi utpotè totius Ordinis Superiori univer-  
 sali, seu, ut ajunt, Generali subduntur.

Cum postmodum hujus Monasterii amplitudo et abundan-  
 tia, Monachorumque pietas et devotio multos ad se attra-  
 xisset, tandem prope illud civitas edificata est, regioque,  
 qua prius inulta jacebat et deserta, modo quamplures nu-  
 merat incolas, à quibus peroptime colitur. Locus, in quo  
 Coenobium unà cum Civitate positum est, ab Ottone I. Bur-  
 gundie Duce S. Roberto et ejus Monachis dono datum  
 fuisse fertur.

Anno 1113. S. Bernardus unà cum triginta sociis suis hic  
 Monachum induit: ac postmodum celebre Caravaldense.  
 s; Cerrava Caravallis; Monasterium in Campaniâ funda-  
 vit, à quo novus hic Ordo adactus est adeò, ut ipse solus  
 centum sexaginta illius Monasteria in variis Europa  
 regionibus erexit. In hoc Caravallis Anate-  
 rio sequens in laudem magni hujus sancti legitur Epi-  
 gramma:

Sunt Clara Vallis, sed claris vallibus Abbas,  
 Clarior his clarum nomen in orbe dedit  
 Clarusavis, clarus meritis, et clarus honore,  
 Clarit eloquio, religionis magis,  
 Claraque mors, clarisque cinis, clarumque sepulchrum,  
 Clarior exultat spiritus ante Deum.

## De Regione Augustodunensi.

Regio seu Tractus Augustodunensis (L'Autunois) confinis est versus Septentrionem Agro Alexiensi, versus Orientem Divionensi et Cabillonensi, versus Meridiem Caroliensi et Borboniensi, et versus Occidentem Nivernensi. In ea occurrunt celebres ferri fodinae, atque etiam panni linei et bombycini crispati (Crépons) conficiuntur. Hic notatur Civitas

Augustodunum (Autun) Caput totius Regionis, quae et eadem nomen tribuit, sic dicta ex Augusti et Dun, quod celtica lingua collem seu montem significat, nominibus; cuiusmodi si versus Meridiem et Occidentem tres magni montes insident, quorum ille, qui Meridiem respicit, tota abundat fontibus, ut omnibus Civitatis legionibus aquas in magna copia subministrat. Arrosius (Arroux) flumen veteres ejus rivos aluit, ejusque longitudo est mille passuum et latitudo ferme totidem.

Præter Ædua seu Æduorum Civitas dicta fuisse dicitur, quod Æduorum populorum Caput esset; post ex Julii Caesaris nomine Julia; deinde ab Augusto, qui eam Coloniam Romanam fecit, Augustodunum; tandem quoque in honorem Flavii Constantini Magni Flavia Æduorum nuncupata fuit; postmodum tamen, reasumpto Augusti nomine, iterum Augustodunum vocata est, quod nomen ad hanc usque diem servavit ac retinuit. Licet inter Eruditos, num non hæc Civitas Oppidum illud fuerit, quod Julius Caesar lib. i. de bello Gall. c. 5. et lib. 7. c. 55. Bibracte Æduorum Oppidum longe maximum ac copiosissimum, et summa apud eos auctoritatis nuncupat; verior tamen nobis videtur hæc opinio, quæ Augustodunum à Bibracte distinguit; de hoc enim Oppido jam à multis sæculis nulla facta est apud Scriptores mentio, nec illius ubique extat vestigium, quod indicium est illud devastatum fuisse.

Civitas hæc olim longe augustior<sup>fuit</sup>, quam nunc sit; enim vero potentissima erat; at post Barbarorum præda facta fuit; an. 451. ab Attila Hunnorum Rege devastata est; nec mitius eam habuit Burgundionum Rex Godemarus, qui annis circiter 523. eam obsedit ac obtinuit. In quibusdam antiquis Chronicis legitur Saracenos, cum sub Carolo Martello universum Burgundiam Regnum depopulati essent, Augustodunum quoque occupasse, incendisse, ac devastasse, quod dein ad antiquum redire splendorem haud valuerit. In bello civili et intestino, quod Catholicos inter et Hugonotos caustum est, partem habuit, eique implicita fuit.

Multa hic supersunt adhuc antiquitatis vestigia et reliquia. Doules hic conventum agebant eo loco, qui modo adhuc Mons Doules (Mont Dou) dicitur, Janique

\* Druides Galorum Sacerdotes et Doctores,

74

Templum fuit. Mons Jovis | Mont<sup>us</sup> Jovis | Templum erat Jovi  
 dicatum, et Martius | Marchant | Martis Campus,  
 committitur etiam reliqua Templi Diana, ut et Thea-  
 tri seu Hippodromi, et arena, nemor Pyramis, qua  
 cenotaphis cuiusdam inscripse videtur; item Campus qui  
Urnarum dicitur | le Champ des Urnes | quod in eo quamplu-  
 res urnae reperta fuerint. Duae etiam hic porta con-  
 spiciuntur speciosa admodum, antiquitatis monumenta.

Augustodunensium est Sedes Episcopalis Metropolitana Lug-  
 dunensi subiecta, quam prius tenuisse S. Anatorius dicitur.  
 Ipse Successores à tempore S. Gregorii Magni Papa  
 jus habere pallium gestandi, Tribunalibusque Civilibus  
 et Ecclesiasticis Archiepiscopatus Lugdunensis Sede vacante  
 praesunt. Sunt etiam nati Praesides Statuum Ducatus  
 Burgundiae. p.

Præter Ecclesiam Cathedralam adest Ecclesia Collegiata  
 B. V. Maria; item tam in ipsa Urbe quam in ejus Subur-  
 bis octo adhuc Ecclesiae, varaque utriusque Sexus Monas-  
 teria; Duo Xenodochia, totidemque Seminaria nume-  
 rantur.

Quaedam etiam hic celebratae fuerunt Synodi, ut circa  
 an. 670. cui praesedit Ligerius hujus civitatis Praesul, in  
 qua 18. Canoness conditi fuerunt. Circa an. 1095. con-  
 venerunt Episcopi Godofredus Lugdunensis, Hugo Verontinus,  
 Richardus Cabillonensis, et Drogo Matisconensis, ut Salu-  
 rarent, quanam agendi ratio tenenda esset cum Roberto  
 Burgundiae Duce, qui Aganorem hujus Urbis Antistitem  
 inclementer admodum habuerat. an. 1077. Jancie  
 hic Synodus habita est; item an. 1094. cui Hugo Lugdu-  
 nensis Archiepiscopus praesuit, et in qua de illegitimis  
 Philippici. Graecia Regis nuptiis, Simonia, et aliis rebus  
 actum est.

S. III.

De Regione seu Agro Cabillonensi.

Regio seu Ager Cabillonensis | Le Chalonnais | cum  
 titulo Comitatus. Satis angustus est; à Soconâ seu Ara-  
 ri | Saone | flumine in duas partes dividitur, atque confi-  
 nis est versus Orientem Comitatus Burgundiae; versus Septen-  
 trionem Burgundia propria; versus Occidentem Agro Au-  
 gustodunensi; et versus Meridiem Matisconensi. Pars  
 illius, quae Arari est orientalis, ab aliquibus Bressia Cabillo-  
 nensis | la Bresse Chalonnaise | et pars Bitis S. Laurentii  
 | Le Desert de S. Laurent | nuncupatur. Olim Comitatus  
 Burgundiae pars erat. hic notantur:

1º Cabilo, seu Cabillonum, item Cabillodunum, Cabillio,  
 Cabillonium, et Cabyllinum | Chalton | Caput Regionis,

ad quos à magna Britan-  
 niâ venerant. Idos  
 Ammianus Marcelli-  
 nus Eubages, et Dio-  
 dorus Siculus Saroni-  
 des nuncupant.

Gallorum Sacerdotes pra-  
 eant, populique  
 Religionis sua supersti-  
 tiones et ceremonias  
 docebant, quas, si  
 quibusdam fides, à  
 Phoenicibus, Jonia  
 populis in Gallias  
 inde appulsi Masi-  
 liaeque Urbis fun-  
 datoribus divise-  
 rant. Druides dicti

fieri vel à graeco  
 vocabulo Drus, vel  
 à celtico Dru, aut  
 ab Hyberico Druoi,  
 quae vocabula latine  
 reddita querum  
 significant, quod  
 Druides hanc arbor-  
 em magi facerent,  
 nemor in humis  
 haberent veneratio-  
 ne. alii putant  
Druides nuncupatos  
 fuisse ab Hebraico  
 nomine quodam,  
 quod contemplato-  
 rem significat.

Erant Astrologi,  
 Geographi, Geo-  
 metra, et Politi-  
 ci; magnaque erat  
 apud Gallos eorum  
 auctoritas.

infir-  
 miter  
 in se  
 in lae  
 in nota  
 in sit in  
 in altis  
 in imor  
 in inci-  
 dat for  
 in copis  
 in es qus  
 in et la  
 in quo  
 in is no-  
 in hore  
 in monom  
 in agata  
 in inel  
 in hore  
 in Erubi  
 in Julis  
 in ite ab  
 in et lum  
 in non no  
 in ite dis  
 in uba fa  
 in at vesti  
 in ke.  
 in it; in  
 in la facta  
 in itata est;  
 in amans,  
 in in quib  
 in Carlo  
 in lati ipse  
 in vastas p  
 in aluor.  
 in t hest  
 in a fuit.  
 in in et a  
 in tris, qui  
 in famigae

10  
 11  
 12  
 13  
 14  
 15  
 16  
 17  
 18  
 19  
 20  
 21  
 22  
 23  
 24  
 25  
 26  
 27  
 28  
 29  
 30  
 31  
 32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46  
 47  
 48  
 49  
 50  
 51  
 52  
 53  
 54  
 55  
 56  
 57  
 58  
 59  
 60  
 61  
 62  
 63  
 64  
 65  
 66  
 67  
 68  
 69  
 70  
 71  
 72  
 73  
 74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 83  
 84  
 85  
 86  
 87  
 88  
 89  
 90  
 91  
 92  
 93  
 94  
 95  
 96  
 97  
 98  
 99  
 100

qua et ipsi nomen tribuit, sita est haec urbs ad ripam Araris seu  
Socrona | Saona | quinque miliaribus à Treveris | Tournus |  
et tribus à Viriduno | Verdun | in ampla et fertili planitie.

Cesar illius meminit in suis Commentariis, atque eam  
Aduorum fuisse. Illius antiquitatem probant  
quamplures Statuae, Inscriptiones, Amphitheatri rudera,  
una cum quorundam veterum aedificiorum reliquiis.  
Romani olim in ea frumentorum apothecam pro exercitu  
huc ~~esse~~ habuerunt, Imperatores quoque Copias suas longè  
congregauerunt, et Reges Burgundia, quorum postmodum  
facta est, frequenter residerunt. Seruit ab Attila de-  
vastatam, et brevi post diuina restauratam fuisse. Sa-  
eculo VI. Franci eam occupauerunt, et Guntramnus (Coluic.)  
Francorum Regis, filius namque Burgundia Rex huc regi-  
am habuit. Deinde propriis Comitibus paruit, ac demum  
an. 1237. ad Duce Burgundia peruenit, sicque Ducatus Bur-  
gundia pars facta est. In bello Civili multa per-  
pessa est adversa, atque an. 1562. Hugonoti eam occupa-  
vere.

Cabils olim quinque numerabat Suburbia, quorum tria  
novis eju, moenibus inclusa illam, cum prius satis angusta  
fuisset, ampliore effecere. Ab aliquibus in novam et  
veterem urbem distinguitur, nova partem constituit An  
an. 1563. supra collem aedificata, et quinque propugnaculis  
instructa, quibus annis 1671. et 1672. quaedam adhuc muni-  
menta adjuncta fieri. Duo adhuc numerat Subur-  
bia S. Maria unum; alterum S. Laurentii, quod trans Ara-  
rim situm ponte lapideo Civitati annexitur. Bina  
etiam sunt hui Xenodochia, unum pro aegrotis pauperibus,  
alterum, cui Charitas | la Charité | nomen, in quo quinque-  
ginta quatuor infantes aluntur et educantur.

Habet Sedem Episcopalem Lugdunensi Metropolitana  
Subjectam. Quo tempore fundata fuerit, certo definire non  
potest: Sidonius Apollinaris qui sub ultimis Occidentis Im-  
peratoribus Saulo V. floruit, ac an. 482. 25. Aug. à vivis ex-  
cessit, mentionem facit Pauli cuiusdam tum temporis Ca-  
tilone Episcopi.

Varia Conilia Cabilone celebrata fieri, inter quae pri-  
mum fuit illud, quod S. Patiens Archiepiscopus Lugdunensis  
circa an. 470. celebrasse dicitur, in quo Joannes Archidiaconus,  
qui postea inter Sanctos relatus est, in locum Pauli II.  
hujus Civitatis Episcopus electus fuit et consecratus. a. an. 579.  
Guntramnus Rex Burgundia huc Synodum fieri iura-  
vit, in qua Salonius Ebrodunensis | Embrun | et Sagittari-  
us Vapincensis | Gap | Episcopi velut Casa Majestatis rei  
convicti depositi, et in carcerem conjecti fuerunt. Qui-

dam memorant an. 889. sub eodem Rege Cabilone aut Saltem  
in illius Tracta Comilium fuisse habitum. An. 883. hinc  
Synodus celebrata fuit, in qua instigante Brunehilde Re-  
gina ejusque artibus Desiderius Viennensis Archiepiscopus  
sede sua pulsus est; hinc Synodo Aridius Lugdunensis prae-  
sidente dicitur, hinc iniquitatis hujus et injustitia particeps  
paupere fuisse. Annis 880. 813. 839. 873. 887.

et 894. Comilia hinc habita fuisse, in quorum ultimo  
quidam Monachus nomine Geofredus fuit accusatus, quod  
Adalgarium Augustodunensem Episcopum veneno peremisset,  
qui tamen, more tum temporis usitato, sumta Eucharistia  
innocentiam suam testatus est. Annis quoque 918.  
1063. 1073. et sequentibus aliis temporibus Ecclesiastici Con-  
ventus hinc habiti fuerunt.

2. Viridunum, Viridunus, item Castorum seu Castellum  
Viridunum | Verdun: | Ubs latis angusta ad confluentem  
Dubis | Doune: | et Araris seu Soccone | Saone: | tribus milia-  
ribus a Cabilone, et totidem a Belna | Beaune: | ac Savara  
| Serre: | in Belogardia | Belegarde: | Titulo Comita-  
tus gaudet. Nomen suum habere dicitur a Celtis no-  
minibus Ver, quod vadum seu transitum, et Dun, quod  
collem significat. 450. communium passuum est ejus  
longitudo, latitudo 170. Substrum S. Joannis amplum  
est, et propter exterrorum appulsum ipsa Civitate praestan-  
tius et populosius. Unicam habet Ecclesiam parochialem,  
commemurum ejus frequens est et celebre: singulis annis 29. Octo-  
bris mundinas habet, quae 14. dies durant, et ad quas permulti  
conveniunt Mercatores.

S. IV.

De Tractu Montano.

Tractus Montanus | le Bois aut Bailliage de la Monta-  
gne: | sic dicitur a montibus, quibus replatur; positus est ad  
Septentrionem Ducatus Burgundiae iuncta Sequanam. Olim  
pars Campania, in qua includitur, erat; at an. 1435. in trac-  
tata Atrabatensi ab ea avulsus fuit, necnon a Carolo VII. Fran-  
cia Rege Philippo Bono Burgundia Duci traditus. In  
eo paupere sunt

Castellio ad Sequanam | Chatillon sur Seine: | Ubs sita  
inter Arariam Ducis | Aisey le Duc: | et Barium | Bar: | ad ripam  
Sequanae 16. miliaribus a Divione et 13. a Lingonib: | Lan-  
gys: | Eam Sequana in duas partes dispercit. Una illi-  
us extrema edita loca occupant, medium vero in humili  
positum est, hinc Amphitheatrum cujusdam speciem exhibet.  
Ejus ambitus est circiter 3500. passuum. Unica est in ea  
Ecclesia parochialis cum duabus, ut vocant, filialibus. Item  
aliquot utriusque sexus Monasteria, ut Benedictinorum,

Franciscanorum, Capuinarum, Monialium Benedictinarum,  
Ursulinarum, et Carmelitarum. Adiunt etiam duo  
Notoresia, unum S. Germani pro egenis itinerantibus, al-  
terum S. Petri pro aliis pauperibus. Adest etiam Colle-  
gium pro uno Rectoris et tribus Professoribus fundatum, in  
quo Humaniora docentur.

90. 748.

§. V.

De Pago seu Tractu Alesiensis vel Alexiensis.

Pagus seu Tractus Alesiensis seu Alexiensis | L'Auxois vel  
Auxois vel etiam, quod etymologia nominis magis convenit,  
Aulsois | Nomen habet ab Alesia, seu, ut quidam scribunt,  
Alexia celebri quondam Mandubiorum populorum urbe,  
de qua Caesar meminit lib. 7. De bell. gal. i. 12. ut et Strabo  
lib. 4. quae modo exiguus vicius est adhuc tamen celebris martyrio  
S. Reginae, quod ipsa ibidem passus est, et cuius corpus saeculo  
XI. Flaviniacum | Flavigny | ad Eclesiam Benedictino-  
rum translatum est, ibique quiescit.

Situs est Tractus hic inter Agrum Divionensem versus Ori-  
entem, Allifiodorensen versus Occidentem, Augustodunen-  
sem versus Meridiem, et Campaniam versus Septentrionem.

Solum habet fertile praesertim fumentis, cuius ut et pecorum  
laudabiliter commercium incola agitant; hic etiam coluntur  
vineae, adhaec etiam prata et sylva, p. occurrunt praecipue

10 748

Sennorum seu Sennurinum | Sennur seu Sennur | Urbs si-  
ta ad ripam Amentionis | Romançon | fluvii. Tractus cen-  
trum occupat, estque illius caput. Distat à S. Reginae  
| Ste Reine | oppido seu exigua urbe tribus miliaribus, et à Fla-  
vinisio; septem ab Abalone | Avalon | tredecim à Divio-  
ne; et octo ab Augustoduro. Undique, si plagam orien-  
talem excipias, montibus circumdata est. In hoc am-  
bitu tres murorum continet ordines, quibus trifariam di-  
viditur, iudicium, quod ternis vicibus adificata fuerit;  
hi tamen ita sibi invicem cohaerent, ut unam exhibeant  
Civitatem. Prima pars oppidum nuncupatur, ceteris-  
que populosior est et amplior; ibi Benedictini Brioratum  
habent, cuius Eclesia magnifica est et B. V. Mariae dicata  
necnon civibus parochialis. Celebris Genebrardus Aquarum  
Sextiarum | Ais | in Provincia Archiepiscopus, priusquam ad  
Archiepiscopalem dignitatem evectus, ibidem prior fuit,  
atque 14. Martii 1597. defunctus sub principe Altaris sepultus  
jacet. Habent hic etiam Carmelita Monasterium, qui ad-  
versus Calvinistas Catholicam fidem egregie tenuerunt.

Altera pars propugnaculum est edito loco positum, quod  
Gallicis Donjon dicitur; munita Arcis loco est, necnon Oppi-  
do, et Castello, quod est eius tertia pars, dominatur. Arcis urbs  
seu propugnaculum, quod praecipua sui parte in pene inae-

capibili sacro collocatum est, nempe Amentione (Romano) flumine cingitur viginti sex distant passibus longum et octoginta latum; bini sunt in illo fontes, qui nunquam exarescunt; ibi etiam est Capella S. Margaretha dicata, quam Monachi Rhodenses hodie Melitenses S. Joannis administrant; bina etiam sunt Arca, quarum una Monsellum (Montide) altera Velleris Signum (Valering) nuncupatur.

Castellum, quod, ut dictum, tertia Urbis pars est, muris, quos singulis quindecim passibus fortissima turres muniunt, circum est. Idem varia speciosa exornant aedificia, adestque Monachorum Bioratus, qui S. Mauritii dicitur.

Præter jam memorata sacralia Semurii occurrunt Abbatia sub titulo S. Joannis Canonice Regularium S. Augustini, Conventus Minorum, Capucinorum, et Dominicanorum: in horum Ecclesia adestque miraculosa B. V. Mariae imago, ad quam venerandam multi conflunt peregrini.

Semurum unica Ducatus Burgundia Civitas fuit, qua dum ante sacro foedere seu ligâ Regi fidelis persistit: unde Henricus IV. ejus fidelitatem remuneratus celebratis ibidem an. 1190. provincia Comitibus, Senatuum supremum an. 1192. in eam Divisione transtulit, usque ad pacem usque Sessiones suas in illâ celebravit.

S. VI.

1790 91.

De Regione seu Agro Altisiodorensi.

Regio seu Agros Altisiodorensis (L'Auxerrois) limites habet ad Septentrionem et Orientem Campaniam; ad Meridiam Burgundiam ipsam, et ad occidentem Tractum Nivernensem. Titulo Comitatus fruitur. Occurrit præcipue

Altisiodorum (Auxerre) Caput provincie eique nomen tribuens. Apud varia aetatis Scriptores, varia quoque verbis hujus legantur nomina, ut Antisiodorum, Autosiodorum, Autosudorum, Autisiodorum, Autisiodorum, et Anteriodorum. In Notitiâ provinciarum et Urbium Francie vocatur Civitas Autisiodorum, et Civitas Autisiodorensium. Idius etymologia à Celtis quodam vocabulo, cujus significatio ignoratur, derivata videtur.

De illius antiquitate nemo dubitat; eoque meminerunt Veteres, ut Antoninus, Ammianus Marcellinus, &c. Ubi Romani Galias sibi subegerunt, tum et hoc potiti sunt Comitatu: labescente dein Romano in Galliâ Imperio ad Francos pervenit, quin unquam sub Burgundionum potestate fuerit, primumque sub Guntramno Rotari I. Francorum

Regis filio, cui Burgundia regnum cepit in partem, huic regno  
adjectus est. Sub Carolingis Regibus, et ex illorum dono Episco-  
pi Autisiodorenses Comitatum hunc obtinuerunt, quem variis  
Dominis in feudum dederunt retento sibi illius directo Dominio,  
ab his an. 1370. ad Reges Francia in persona Caroli V. entronis  
titulo pervenit, tuncque negligi coepit Episcoporum directum  
illius Dominium, cum incertum videretur, ut Reges Episcoporum  
sibi subditorum clientes beneficiarii, seu ut H. tus ait, feudata-  
rii essent. Tandem Carolus VII. cum ab Anglis promeretur  
Philippo Bono Burgundia Duci eorum federato illiusque utri-  
usque seculis posteris, quod pacem anni ipso haberet, eundem Co-  
mitatum cepit; penes quos permansit usque ad mortem  
Caroli Audacis; tunc enim Ludovicus XI. Francia Rex Maria  
illius filia et heredis unica eundem cepit ac corona sua  
adjuvit.

Civitas Autisiodorum sita est in declivitate montis prope  
Jeamnam | Yonne: | fluvium, qui moenium ipsius partem  
admit, sub 23. grad. 22. min. longit. et 47. gr. 46. min. latitud.  
Illius figura formae rotunda est, enimvero ipsa 1100. passi-  
bus longa est, et 1000. lata.

Habet Episcopum Metropolitanum Senonensi Subjectum.  
Primus illius Episcopus fuisse agnoscitur S. Pellegrinus hinc an.  
261. à Sixto Papa II. missus et Martyrio coronatus, an. 273, sub  
Aureliano Imperatore.

Ecclesia ejus Cathedralis haud specialem meretur attentio-  
nem, at Episcopali palatio nil formae tota Francia aequi-  
tius. Praeter Ecclesiam Cathedralis adest etiam Collegiata  
S. Mariae de Civitate | Notre Dame de la Cité: | univarsata, et eo  
loro, in quo Autisiodorum vetus erat, sita. Adhuc etiam  
Monasteria, ut Abbatia S. Germani Benedictinorum è con-  
gregatione S. Mauri, et ubi usque sexaginta Sanctorum  
Corpora una cum penè innumeris reliquiis aservantur, at-  
que inter alia corpus S. Germani, qui per triginta annos hinc  
Episcopatum tenuit ab an. scilicet 418. usque ad an. 448. quo  
Ravenna mortuus est, necnon inde hinc deportatus, mira-  
culis in vita et post mortem clarissimi. Item Abbatia  
S. Mariani Bramaonstratensium, qua an. 1969. ab Hugonstis  
devastata fuit. Abbatia S. Juliani Monialium Ordinis  
S. Benedicti in Suburbio S. Martini posita. Abbatia Ir-  
Sularum | Des Isles: | Monialium Cisterciensium, pp. De-  
nique Collegium Patrum Soc. Jesu an. 1618. erectum, in quo  
Patres isti inferiora una et Philosophiam docent. Adhuc  
quoque octo parochiales Ecclesiae, duoque Nosocomia.

Civitas haec opportunum habet ad commercium situm  
propter Jeannam fluvium et commodam cum Lutetia com-  
municationem. Vina illius sunt excellentissima, lanam-  
que habet totius Burgundiae optimam; at incola ad

\* Dum haec scriberen-  
tur nondum Janitorum  
auxilium jussi erant.

hoc emolumentum non satis animum attendere videntur.  
Olim huius, quemadmodum Parisiis, Remis, et Turonibus  
celeberrima florebat Universitas cui preerant Episcopi,  
in eo ipso in ea docebant.

Quaedam etiam Nationales Synodi Autisiodori celebrata  
memorantur, ut an. 884. sub Belogio Papa II. itam an.  
1147. sub Gilberto Comite Britanniensi Episcopo, in quo do-  
ctrinam suam circa mysterium SS. Trinitatis exposuit, et in quo  
meminit Otto Frisingensis de Gest. Fridr. I. Imp. Denique  
an. 1020. ab Episcopo Autisiodorensi Arisii: Kyri seu Aisi:  
quod est Castellum in eius Diocesi situm, habita est Synodus,  
cui Robertus Rex interfuit.

§. VII.

92.

De Carolerio seu Bago Quadrigellensi.

Carolerium seu Bago Quadrigellense vel Quadrellense: Cha-  
rolis: Longitudo eius est duodecim miliarium a Gussia  
Quise: flumine usque ad Ligerim: Loire: et latitudo  
septem, ab Arrosio: Karoux: fluvio scilicet usque ad Bagon  
Matisconensem. Olim simplex erat Castellania, post  
in Comitatum evecta. Neque veteri neque media aeta-  
te nomen eius notum fuit, sed solummodo de ea memoria  
proditum est, quod nempe prius pars fuerit Briennensis  
Tractus, atque postmodum in potestatem Comitum Cabilo-  
nensium venerit; a quibus dein permutationis titulo ad  
Duces Burgundia pervenit, ab his vero ad Crimipes Franca,  
et tandem demum ad eandem Burgundia Ducem entionis titu-  
lo, cum prius Comitatus titulo decorata fuisset; penes quos  
permanens usque ad obitum Caroli Audacis; tum enim  
et Comitatum hunc Ludovicus XI. Maria huius Caroli filia  
et heredi eripuit: at deinde Franca Reges Austriaci  
Hispania Regibus Comitatum hunc restituere coacti sunt,  
penes quos remansit donec Ludovicus Borbonius Princeps  
Condans, cui Philippus IV. Hispania Rex, sub quo e Franca  
transfuga Condans stipendia meruerat, ingenti aris sum-  
ma obligabatur, titulo compensationis illum sibi asseruit,  
ne non ad posteros suos transmisit, non multum aut nihil  
contra strepitantibus Hispanis. Occurrit praecipue

Caroliae urbs: Charolles: Caput Comitatus ad ripam Reo-  
lii: Reouse: fluvii sex miliaribus a Carnialo, et toti-  
dem circiter a Ligeri: Loire: flumine collocata. Exi-  
gua est, nec ultra 200. passus longa et 250. lata. Binas  
dentaxat portas habet. Veterum Bago Comitum Aris  
reliquis intra urbis moenia continentur, ex quibus olim  
ampla fuisse videtur. Abest Ecclesia Collegiata simul  
et parochialis. Nosocomium sub Arce positum est, a Comi-  
tibus jam olim fundatum. p.

## De Agro Matisconensi.

Ager Matisconensis (Le Masconnois seu Mâconnois) situs est inter Bellojoviensem (Beaujolois) et Cabilonensem Agros, ac versus orientem per Ararim (Saone) à Bessia separatur. Speciales suos habet Status, ut vocant, quibus praest Episcopus. Titulo Comitatus gaudet, vniique optimi fertilissimisque est. Aduorum populorum fuit, primumque Romanorum, dein Burgundionum, post Francorum factus est: postmodum proprios Comites habuit, tandemque ad Reges Francia. rediit, necnon sub ipsorum permansit imperio, donec an. 1477. Carolus VII. illum Philippo Bono Burgundiae Duci illiusque Sexus utriusque posteris reliquit; hoc non obstante Ludovicus XI. motu Caroli Aulicæ Mariae eius unicae filiae et heredi Comitatum hunc eripuit. In eo recensentur

1.º Matisio seu Matiscona (Mascon seu Mâcon) Urbs Caput Comitatus, à qua et ipse nomen habet, sita ad ripam Araris seu Sorensis fluminis quorum opa pontis lapidei 300. passus longi et sex lati, quibus tredecim Aras sustinent, conjungitur, in decliuitate collis. Moenia ejus aris seu semi-circuli figuram exhibent: ejus longitudo est circiter passuum 1300. et latitudo 600. totus vero ambitus 3000. Incola 6000. circiter in ea numerantur: platese ejus sunt angustae et inaequales. Olim, ut jam dictum Aduorum fuit, quod ex Caesaris habetur Commentariis: ejus tamen nec Strabo, nec Plinius, nec Ptolomaeus meminere; solum modo in Notitia dignitatum Imperii memoratur Matiscone esse Sagittarum Opificium. Quo tempore Urbs haec A. duis crepta fuerit, ignoratur, id dumtaxat habetur compestum, quod ubi Burgundiones eam occupauerunt, jam haud incelebris Civitas fuerit.

Habet Sedem Episcopalem Lugdunensi Metropoli subiectam. Ecclesia Cathedralis, quae S. Vincentii dicitur, angusta est et obscura, ejusque fornices praecaltæ sunt Campanae ipsius propter harmonicum, quem edunt, sonitum tota Francia celebrantur. Ecclesia Collegiata S. Petri ex eo dumtaxat spectabilis videtur, quod illius Canonici quatuor ex utriusque parentis parte stemmatum nobilitatem probare teneantur. Sunt etiam in hac urbe Granibani de Observantia munupati, Dominicani, Capucini, Minimi, Jesuitae, et Patres Oratorii; item Moniales Visitationis, Carmelitanae, Ursulinae, et Sorores Hospitalariae, quae Novicomium administrant. In Domo Charitatis (la Maison de la Charité) centum viginti personae aluntur.

Opinio est Episcopatum Matisconensem jam primo Ecclesia Saeculo fundatum fuisse, quamvis primorum Epis-

78  
corporum suorum, antequam à Francis instituti fuerint, nomina ignorentur: primus horum Episcoporum, quorum nomina reperiantur, erat Blacidus quidam, qui tertio Aurelianensi Concilio, quod an. 938. habitum est, interfuit. Regnante Guntramno Burgundiae Rege bina in hac urbe celebrata fuere Concilia: in ultimò, quod habitum est an. 989. Dominicarum dierum festivitas et ab operibus in eà vacatio, quae haecenus non satis servata fuerat, demò restituta est, ac poena in huius sancti precepti transgressores decretæ.

2<sup>o</sup>. Cluniacum: Clugny, Cluny, seu Cluni: Urbs sita prope Gronam: Grosne: rivum supra collem, quam vallis intra duos montes ambit; quatuor milliariis à Matiscone, triduum ab Augustoduno, et quinduum à Lugduno. Mœnia ejus ampliora sunt Matisconensibus, quamvis longè pauciores numeret incolas. Prius non nisi pagus erat, at postquam ibi erectum fuit celebre Ordinis S. Benedicti Monasterium, quod ejus nomine Cluniacum seu Cluniacense Monasterium dictum est, tum adfluenta populò Civitas evasit.

Hæc Monasterium istud à Wilhelmo Aquitaniae Duce et ejus uxore Ingelberga constructum fuisse, id eà ratione quidam referunt, ut à Bernone Balmenis comitè in Diocesi Verontionensi, quod Balma Monachorum: Beaume les Moines: nuncupatur Abbate, jussu et sumptibus dicti Ducis cognomento fii an. 910. fundatum fuerit: alii volunt ibud an. 826. constructum fuisse à Guarino Cabilonensi Sinulo et Matisconensi Comite, necnon à Bernone restauratum duntaxat.

Monachi Cluniacenses, præter regulam S. Benedicti quaedam adhuc eidem superadditas servant Constitutiones, quibus à reliquis ejusdem Ordinis Alumnis quodammodo distinguuntur, unde et specialem constituunt Congregationem, quae longè latè que propagata est, necnon Ecclesiæ magnos sanctitatisque per celebres viros, ut Episcopos, Archiepiscopos, Cardinales, p. dedit. Tres numerantur Summi Pontifices, qui Monachi Cluniacenses fuere, scilicet Gregorius VII. Urbanus II. et Baschalis II.

Etate Patri Venerabilis Cluniaci Abbatis, qui Paulo XII. floruit, necnon Ecclesiæ proclavis Operibus illustravit, atque 24. Decemb. an. 1157. in coelum evolavit, 460. ibidem numerabantur Monachi.

Cluniacenses sanctitate ad id excellere, ut quamplurimi dignitate et natalibus illustres viri apud ipsos domicilium et sepulturam sibi elegerint, quod prædunt popè innumera Episcoporum, Archiepiscoporum, et aliorum magna nota virorum, quæ ibidem videntur cenotaphia et tumuli. Gelasius Papa II. Hannu IV. Imperatoris

persecutionem fugiens Cluniacum se recepit, ibique an. 1119. itineris et morbi incommodis confectus, diem supremum obiit, statimque post ejus obitum Cardinales, qui cum magno numero sancti fuerant, eidem sufficere Guindonem Archiepiscopum Viennensem, qui Calixtus II. dictus est.

Hujus Monasterii Ecclesia inter amplissimas totius Franciae Ecclesias indubitate recensetur, 600. pedum longa, cuius Archiepiscopalis formam exhibet: à S. Hugone, qui anno 1048. Cluniaci Abbas et totius Congregationis Superiorum, ut ajunt, Generalis electus est, atque 29. April. an. 1108. obiit, Gothico opere aedificata fuit, atque ab Innocentio Papa II. consecrata. Posita est sub colle, cujus culmen Civitas et Monasterium ipsum occupant, unde ab his quadraginta duobus gradibus in eam fit descensus. Olim immenso et aliquot millionum praeterea thesaurorum potiebatur: at saeculo XVI. bello civili et intestino fervente, Monasterium an. 1562. ab Hugonotis devastatum fuit, thesaurisque ablati, sacra reliquia, ut et Bibliotheca, in qua usque 1800. Manuscripti Codices, aservabantur, igne consumpta.

In Civitate tres numerantur Ecclesiae parochiales, adhaec etiam Patres Graciani, quos Recolletos vocant, et Xenodochium. Monasterium Summae Sedi immediate subiectum est nulliusque Diocesis; deputaturque Monachus, qui Archidiaconus dicitur, necnon jurisdictionem quasi Episcopalem, ut ajunt, in ipsa Civitate certaque ejus Districtu, qui Sacrum Bannum sive le Ban laevé: sive nomine Monasterii exercet; à cujus iudicio immediate ad Summam Sedem fiunt appellationes.

4 dicitur,

94. 2002.

S. IX.

### De Bressia.

Bressia sive La Bresse: Comitatus à Lybra, qua illius partem occupat, atque Bressia, seu ut Aimoinus vult, Saltus Bressius dicitur, nomen habere videtur. Olim Comitatus iste haud speciali nomine insignitus erat, sed dumtaxat pars erat regionis illius, quam Burgundiones ultime Germaniae populi sibi subiecerunt, atque suo nomine Burgundicum Regnum dixerunt, quod postea Francorum Monarchia adjectum est. Laesente dein Caroli Magni Rege, tum inventi sunt in hac provincia, qui, exempto Regum Dominatu, summum in ea sibi arrogarunt principatum, praecipuaque illius pars ad Sabaudiam Comites an. 1272. translata est, unde olim divisio in Bressiam Cabilonensem et Sabaudiam; haec tandem an. 1601. à Carolo Emanuele Duce Sabaudia cessa fuit Henrico IV. Francia Regi recepta, ejus loco, Salutarum Marchionatu, huius nunc modo addito nomine simpliciter Bressia nuncupatur.

Bressia Status habet provinciales, Urbesque, Clerus, et Nobilitas per Deputatos statutis temporibus conveniunt, aguntque Comitibus, in quibus, quantum valent, provincia sua

bono prospiciunt, p.

Posita est inter fluvios Ararim seu Sorionam [Saone:]  
versus Occidentem, et Idanum [Ain:] versus Orientem. Ad  
Septentrionem confinis est Ducatus Burgundiae, et ad Euro-  
Aquilis-Mensem Comitatus; ad Orientem Sabaudia; ad Meri-  
diem Agro Viemensi; ad Occidentem Principatus Dom-  
bensi et Arari, quae etiam ab Agro Maticonensi separantur.  
Ejus longitudo ab Oriente in Occidentem est circiter hinc  
civ. miliarium, latitudo à Septentrione in Meridiem  
novem. Quidam sub Bressia comprehendunt Prin-  
cipatum Dombensem, Bergeriam, et Gessiam.

Bressia solum habet fomentum et cannabi fertile, vi-  
num quoque profert haud injucundum; fluvii ipsius pisces  
abundanter suppeditant; adhaec etiam fere pennariae,  
gluciorum et lacuum copia quibusdam in locis aërem  
efficiunt insalubrem. Haec solum notatur

Burgus Bressiae [Bourgen Bresse:] Caput Comitatus. Sita  
est haec Urbs fere in centro provinciae ad ripam Rempia [Re-  
souse:] fluvii loco paludoso sed fertili, Lugdunum inter  
et Comitatum Burgundiae. Olim Gorum Segusiano-  
rum, item Tanum nuncupata fuit. Ejus aetas ultra sa-  
culum X III. haud porrigitur. Illius longitudo est 2200. pas-  
sum, latitudo 900. totiusque ambitus circiter 2600. in Sep-  
tem regiones dividitur; tresque ejus sunt portae.

Ante tractatum anni 1601. Henricum IV. inter et Carolum  
Emmanuel Sabaudiae Ducem Lugduni conclusum ad Sabau-  
diae Ducem pertinebat, atque an. 1669. Emanuel Philiber-  
tus Sabaudiae Dux ibidem edito loco Arcem construi fecit  
munitissimam, quam an. 1671. solo aequari iussit Regina  
Ludovici XIII. mater.

Urbs haec Sedes fuit Episcopalis an. 1415. à Leone Papa X.  
ad instantiam Caroli Sabaudiae Ducis erecta; at idem Papa  
anno insequenti urgente Francis I. Franciae Rege hanc ere-  
ctionem revocavit; sed an. 1521. ad petitionem Caroli V. Im-  
peratoris eandem restituit; tandem an. 1535. Paulus  
Papa III. urgente Denis Francis I. penitus eam abroga-  
vit, necnon Metropoli Lugdunensi adjunxit.

Præter principem Ecclesiam B. V. Mariae dicatam, quam  
Leo X. Cathedralem dixerat, et quae nunc Collegiata duc-  
taxat simulque parochialis est, adsunt hic Monasteria  
sive Coenventus Dominicanorum, Franciscanorum undipe-  
dum, et Capucinorum; item Monialium S. Clarae, Ur-  
selinarum, Visitationis, et Sororum Hospitaliarum;  
necnon duo Nosocomia.

Hujus Urbis commercium consistit in equis, pecoribus, et  
pelibus, quae penitus dealbata Gratianopolitanae et Lugdu-  
nensis Mechanicis venduntur: et quamvis ad exercen-  
dam negotiationem non satis commode sita videatur,

tamen in ea plures mundina celebrantur, quarum  
duae scilicet eas, quae 25. april. et 15. Junii habentur,  
liberae sunt et à vectigalibus immunes.

Burgi Bressiae nati perhibentur Claudius Gaspar  
Baiket, Claudius Haber [; Trause:] Vangelas, Mezi-  
riac, et Nicolaus Garat, celebra Galliae Parisiensis  
Academia membra.

95. ~~200~~

§.X.

De Pagò Dombensi.

Pagus Dombensis, alias Dumba, et Dumberum Tra-  
tus, item Dumberum Principatus [; Dombes, Dombaz,  
et Domba:] exigua, sed fertilis ac venusta regio, quae  
Supremi Principatus titulo ac prerogativa fruatur. Ver-  
sus Orientem contemnat Bressia, versus Septentrionem  
Ago Matiscionensi, versus Occidentem Bellojoviensi,  
et versus Meridiem Lugdunensi. Eius longitudo est no-  
vem miliarium, et latitudo ferme totidem.

\* Capitularia hic  
intelliguntur in  
voti magni, Lud-  
vici III, et Caroli  
Calvi Imperato-  
rum aliorumque  
Franciae Regum  
leges et Sanctio-  
nes ad res tum  
Ecclesiasticas tum  
Civiles pertinen-  
tes; Statuebantur  
in Comitibus  
generalibus et  
Nationis Conven-  
tibus aut Conciliis  
auctoritate Prin-  
cipis, et consensu  
populorum, quibus  
quilibet in parti-  
culari subtrahatur.  
Hujusmodi Sanctio-  
nes seu Constitu-  
tiones Capitula-  
ria dictae sunt,  
quod Sectionibus  
seu Capitulis distin-  
ctae essent.

Hujus Pagi seu Principatus nec in Capitularibus, nec  
in aliis veteribus monumentis fit mentio aliqua. Olim  
à Balgiasii [; Bourge:] et Bressia Dominis possidebatur  
ab his ad alios tum hereditatis tum emtionis titulo ac  
jure devolutus est, donec ad Ducem Canomanensem [; Duc  
de Maine:] Ludovici XIV. nothum, sed ab ipso in ingenios  
transcriptum liberis, seu, ut H. ti loquuntur, legitimatum  
ab Anna Maria Ludovica Anselianensi Montpenseri  
Duce donationis inter vivos titulo pervenit, in cujus prosapia  
etiamnum adhuc perstat.

Olim Principatus iste feudum erat Archiepiscopatus Lug-  
dunensis; verum jam ab ~~saeculo~~ eo tempore, quo Franciscus  
I. eundem corona adjunxit, jure suo deinde Archiepiscopi  
Lugdunenses. obstiterunt Franciscus I. Ludovica Princeps  
Borbonia et filius ipsius Montpenseri [; Montpensier:]  
Dux; unde inter ipsos haec nota, quae tandem finem sorti-  
ta est sub Carolo IX. à quo Ducibus Montpenseri unia-  
cum Supremo imperii jure hic Dumberum Principa-  
tus restitutus fuit; Ludovicus XIV. quoque litteris patenti-  
bus declaravit <sup>ipsum</sup> Supremum Dumberum Dominum, tanquam  
suis Clientis fiduciarius seu, ut ajunt, Vassallus, verum tan-  
quam minus potens Princeps respectu potentioris consideran-  
dus fuit. Princeps Dombensis jus habet vita et necis,  
videnda moneta, nobilitandi subditos, et quicquid place-  
rit eis imponendi. Ocurrit huic praecipue verba

Trovolttium [; Trevona seu Trevon:] Caput Principatus in  
parte declivâ collis ad Orientalem Aravis [; Saone:] ripam posi-  
ta. Vetusissima est, ibique Severus Imperator compe-  
torem suum Albinum proelio devicit, prout refert Spar-

tianus\*, qui urbem hanc Trivortium, ~~so~~ vocat, quod voca-  
 bulum per Trivortium emendari debet, ex quo Tri-  
vortium factum est, prout in Antonini itinerariis legitur.  
 Nomen habere videtur quod eo loco sita sit, ubi una ex  
 illis regis viis, quas Agrippa in Gallias fieri curavit, tri-  
 sariam dividitur, et quae ob id Trivortia seu Trivortium nun-  
 cupata fuit.

Huius Urbis parochialis Ecclesia facta est Collegiata an.  
 1523. à Clemente Papa VII. Adhuc hic etiam Carme-  
 lita, Moniales tertii Ordinis S. Francisci, Ursulinae,  
 et Noroniam. Adest quoque celebre typographi-  
 um. Cameracensis Decretorum Societas,  
 quae majori ex parte ex Jesuitis conflata est. Ab ipso  
 an. 1701. vulgari ceptum est Diuum seu Summarium  
 continens librorum recens editorum catalogum brevemve  
 historiam sub Gallico titulo Memoires de Trevoux, id  
 est Commentarii Trivortiensis. Ab hac etiam Enu-  
torum Societate prodit Dictionarium universale Galli-  
co-Latinum, vulgò Trivortienne | Dictionaire de Tre-  
voux | dicitur, quod nova editione an. 1734. quinque to-  
 mis in folio Nancei à Petro Antoine typis vulgatum est.

\*Spastianus | (Filius)|  
 Historiographus la-  
 tinus. floruit sub  
 finem saeculi III.  
 scripturae circa an.  
 290. Choro. Adriani,  
 Alii Veri, Didii  
 Juliani, Severi et  
 Gorenii Nigri Im-  
 peratorum vitas,  
 librumque suum  
 Diocletiano Impe-  
 ratori inscripsit.

\*Jesuitae non amplius  
 adhuc.

¶ XI.

De Bugezia.

1790 96.

Bugezia | le Bugey seu Bugei | Bressia adheret, cu-  
 jus proprie pars est, quamvis ab ea expressè sit distincta.  
 Ad Orientem confinis est Sabaudia. Sic, ut Rhodanus in-  
 ter utranque fluat; ad Occidentem Bressia, à qua. Da-  
 nos | (Linn.) | flumine separatur; ad Meridiem Delphina-  
 tui, à quo eam Rhodanus distinguit, et ad Septentrio-  
 nem Gaspis et Comitatus Burgundiae. Saeculum mil-  
 liaribus longa est, et decem lata. Olim pars erat  
 veteris Sequanorum Domini; fuit etiam pars regni  
 Burgundiae, postquam scilicet illud ad Francos pove-  
 nit; postea propriorum Comitum, demumque Ducum  
 Sabaudiae facta est, penes quos permansit usque ad an.  
 1601. quo Henrico IV. à Carolo Emanuele Sabaudiae Duce  
 cepa fuit, retenta tamen sibi exigua adhuc illius parte.

Hae provincia Status habet liberos, qui Statutis tempo-  
 ribus Comitibus agunt. Solum ejus frumenti, vini, fru-  
 gūque fertile est; prata habet optima, praetantisque  
 Sylvas et lacus. Ocurrit praecipue

Bellia seu Bellium | Bellay seu Bellay | Caput Bu-  
 geriae. Sita est Civitas haec inter colles et caiguos montes,  
 2000. ciriter à Rhodano passibus. Illius nomen in nullis  
 eorum monumentorum, quae Francorum ex Merovingica  
 Aetate legum aetatem superant, reperitur.

Habet Sedem Episcopalem Metropoli Vesontionensi sub-  
jectam. Fredericus I. Imperator cognomento Anobar-  
dus meritis S. Anthelmi, qui an. 1163. ex magno Cister-  
tensium prope Gratianopolim canobis, ubi Prioris munere  
fungebatur, ab Alexandro Papa III. extractus ad hujus urbis  
Episcopatum erectus fuerat, promotus eidem et sua Ecclesia  
Civitatis Dominium, omniaque Regalia jura concepit nihil  
sibi prater summum imperium retinens, unde ab eo tem-  
pori Antistites Bellicose Imperii Principes dicti sunt ac  
fiere, sepiusque ac votum in Imperii Comitibus habere,  
quandiu sibi et Bugeria sub Romano-germanico fuit  
Imperio.

Qua aetate Sedes haec Episcopalis erecta fuerit, ignoratur,  
id deest constat, nempe Vincentium quemdam hujus  
Civitatis Antistitem interfuisse Secundo Parisiensi Con-  
cilio, quod circa medium Saeculi VI. sub Childoberto Co-  
dovici filio celebratum perhibetur. Quos lau-  
dant Audacem quemdam nomine, quem dicunt jam ini-  
tio Saeculi V. Sedem hanc tenuisse.

Unicam habet Urbem haec parochialem Ecclesiam, quae  
S. Laurentii dicitur, et quam Ecclesia Cathedralis Ca-  
nonici administrant. Patres Minores de Obser-  
vantia, Capucini, Moniales Visitationis, Ursulina,  
et Bernardina seu Cistercienses habent hic Monaste-  
ria.

Ajunt Urbem hanc an. 1585. incendio consumptam fuis-  
se, ac postea ab Amadeo VIII. Sabaudia Duce restaura-  
tam non moenibus et turribus cinctam. Modò ejus  
longitudo est circiter 560. passuum, latitudo 400. et  
totus ambitus 2000.

## §. XII.

### De Gessia

97. 202.  
Gessia seu Gesia, et Gajum Baronatus: Le pays  
seu la Seigneurie vel Baronie de Gex: exiguus est  
Districtus, qui vobis Bengeria pars habetur, à qua  
pars duapit montis, qua longum Crudo dicitur, eam se-  
parat. Jacet inter Insuperum, Rhodanum, Lacum Le-  
manum seu Genevensem, et Helvetiam.

Olim Comitatus Genevensis pars erat, Ecclesiaque Gene-  
vensis feudum. An. 1353. armorum vi Gessiam sibi  
subegit Amadeus Sabaudia tunc Comes duntaxat, ditioni-  
que sua adjunxit; penes posteros suos permansit usque  
ad an. 1601. quo Regum Francia facta est: postmodum  
Ludovicus XIII. Henrico Bourbonis Principi Comes illam  
cepit receptis pro ea aliis ditionibus.

Propter viarum difficultatem commercium hic haud  
viget, quamvis solum satis fertile sit. Gessia casei ce-  
leberrima, atque Genevam deferuntur. Occurrit Urbis

Gesia, Gesia, seu Gajum; Ges, gez, seu getz; qua Baro-  
natum nomen tribuit. Sita est sub monte S. Claudii, qui  
Districtum huius Baronatum ipsum à Comitatu Burgundia  
separat, duobus à Geneva miliaribus.

Huius urbis tres sunt partes: prima citium locum occupat  
ad occidentem, in quo olim munita et insignis Arx posita  
erat; Altera veterum moenium reliquias, alias vero undi-  
que privatorum hostis clauditur; tres sunt illius porte  
et totidem Suburbia; estque proprie ipsa Civitas à late-  
re versus occidentem posita. Pars tertia collocata est  
200. ab Arce passibus versus occidentem, ac Gesia vetus; Ges  
la vieille; inoccupatur.

Ecclesia S. Petri et Pauli est ejus Ecclesia parochialis, hæ-  
que unica. Carmelita huius habent Monasterium, ut et  
Capucini, ac Ursulina. an. 1681. hinc adducta sunt Mo-  
niales de propaganda fide dicta, quas sola Regis pietas ac  
liberalitas sustentat, earum munus est sequioris sexus  
juvenes personas ad fidem Catholicam reiens conversas edu-  
care. Adsumunt etiam Moniales de Charitate. Item  
valde pauper Nosocomium, et species exigui cujusdam  
Collegii.

Antehæc, ut à nobis dictum, Urbs hæc una cum suo Dis-  
trictu Duobus Sabaudia parabat. an. 1536. in bello Sa-  
budio Bernenses eam una cum Vaud; Le Baïs de  
Vaud; occuparunt, atque primum an. 1564. in pace Lau-  
sania restituerunt. an. 1589. belligerantibus ad-  
versus Ducem Sabaudia Rege Francia, Bernensibus, et Ge-  
nevensibus, hi illam expugnarunt, ac pace iuncta resti-  
tuerunt. Tandem an. 1601. vi tractatus Lugdunensis  
Francia Regem inter et Ducem Sabaudia iuncti prioris fac-  
ta est.

Caput Sextum IX.  
De Delphinatu.

98.

Delphinatus; Le Dauphiné; spectabilis Francia Pro-  
vincia et una duodecim illius Prefecturarum genera-  
lium. Sita est inter 26. et 29. gradum longitudinis,  
ac 45. et 48. latitudinis. Eius longitudo est 30. millia-  
rium et latitudo totidem. Versus occidentem Rhoda-  
nus; Le Rhône; fluvius ab Ouitania et Agro Lugdunensi  
eum separat, ut et ad septentrionem à Bressia et Bu-  
geria, ubi etiam Sabaudia confinis est; ad meridiam  
habet Provinciam; ad orientem vero Alpis à Le-  
demonio distinguitur.

Delphinatus huius habuit, prope in varios districtus et  
Territoria divisus est, quæ variis temporibus in unum cor-  
pus coalescere. Saeculo V. Burgundiones, ubi à remotissi-  
mis Germania finibus advenientes in Galliam inierunt,  
praecipue huius sedem suam fixerunt, eorumque Metropo-